

K. 83, 26. quibus huius ecclesie rexit preposituram, iam in celesti regno beatam commissi talenti recepturus usuram<sup>1</sup>  
 Nov. 14. XVIII. kal. Decembris<sup>2</sup>!

Migrat<sup>a</sup> ab his tenebris<sup>3</sup> ad lucis<sup>b</sup> amena perhennis<sup>c</sup>. Sed<sup>d</sup> ecce, dum nostra<sup>e</sup> tractamus stipendia, longe digressi sumus ab incepto opere viarum per dispendia<sup>d</sup>. Nunc autem<sup>f</sup> ad ea, que supra promisimus<sup>g</sup>, redeamus et, que causa tanti conflictus inter duos angelicos viros<sup>h</sup> efferverit, videamus. O avaricia et ambicio<sup>i</sup> seculi, pestis execrabilis et inimica humano generi, que etiam appetis tuis artibus sacerdotes Dei!

Anno<sup>i</sup> dominice incarnationis MLXVIII.

1070. Junii 8. XXVII. Anno dominice incarnationis MLXX.\* VI. id. Iunii presul Gebhardus consecravit ecclesiam suam in nova curte, que dicitur Sricinawez<sup>a</sup>.

Anno dominice incarnationis MLXXI.

Anno dominice incarnationis MLXXII.

1073. Anno dominice incarnationis MLXXIII. Postquam presul Gebhardus<sup>b</sup> vidit, quod labor suus cessit in cassum<sup>c</sup>, quia nec precibus<sup>d</sup> nec muneribus nec per amicos flectere<sup>e</sup> 20 quivit fratrem suum Wratizlaum<sup>f</sup>, ut suum reciperet con-

\*) A 3 fügt hinzu: indictione III, epact. VI, concurr. II, tercio kl. iulii pr. Geb. cons. ecl. in Zazoa in honore s. Crucis. In cuius ara continentur reliquie s. Crucis, de vestimento s. Marie, s. Petri apost., s. Stephani prothomartyris sanctique Georgii mart. (suam — Sric. fehlt; von 25 den Jahreskennzeichen stimmt zu 1070 nur die Epakte).

a) migravit C 1a. b) lucem a. p., korr. lucem amenaque perh. paradisi, A 2a. c) A 1 am Rande von Hd. des XVII. Jh.: hic quedam desunt, nempe fundatio Vysegrad prepositure; A 3 fügt am Rande von Hd. des XIV. Jh. hinzu: R. de Wr. qualiter construxerit Wissegrad ecclesiam. — Den Bericht über die Gründung 30 der Kirche von Wischegrad, den Köpfe nach den Hss. 4. A hier einfügt, s. im Anhang II. d) sed — dispendia fehlt A 1a. e) so A 3. C 3; de nostra die. übrigen; diversa. Freh. f) fehlt A 1. g) prompsimus B. h) vir. ang. A 1. i) anno — MLXVIII fehlt A 3. C 1a. 3.

II, 27 (A 1. 1a. 2. 3. B. C). — a) Sric. korr. Sric. A 1; Sricinaues \*, korr. 35 Sric. A 2a; Sricynawos A 2b; Sricinawez B; Sricinawez (-er) C 1; Sricinawez (-esa) C 2. 3; VI. id. — Sric. fehlt A 1a. b) Gebardus A 1. c) nec prec. fehlt A 3.

1) Vgl. Matth. 25, 27. 28: recepissem ... quod meum est cum usura. Tollite ... ab eo talentum ... 2) Im Jahre 1098; der gleiche Todestag im Necrol. Bohem. S. 16. 3) I. Petr. 2, 9: de t. vos 40 vocavit in admirabile lumen suum. 4) Vgl. Levit. 26, 20: consumeretur in c. lab. vester. 5) Zu dieser Streitsache zwischen Bischof Gebhard und Herzog Wratizlaw wegen des Olmützer Bistums bildet eine wichtige Ergänzung die Korrespondenz beider mit Rom, beginnend mit einem Schreiben Alexanders II. an Wratizlaw v. J. 1073. Die Briefe sind 45 neuerdings abgedruckt und mit reichlichen Literaturangaben versehen im Cod. dipl. regni Bohemiae I, p. 62, nr. 60 ff. Vgl. dazu meine Gesch. Böhmens und Mährens S. 154 ff., Novotný Č. D. I, 2, 139 ff.

cambium<sup>a</sup> et Iohannem eliminaret episcopum atque iterum utrumque coadunaret episcopium, vertit se ut Prometheus<sup>b</sup> in alterius techne formam. 'Quoniam<sup>c</sup> quidem', inquit, 'iam per IIII annos aut plus<sup>d</sup> supplicando nequeo 5 efficere quod volo, faciam quod queo et teste Deo aut utrumque coadunabo aut utroque carebo episcopio'. Nec mora, dispondit ire in curtem suam, que est ad Zekircostel<sup>e</sup> in Moravia, et deflectens iter iam iamque palam nociturus et quasi fratrem suum<sup>f</sup> visitaturus, adit<sup>g</sup> 10 Iohannem presulem<sup>h</sup> Olomuc<sup>i</sup> in urbe. Quem ille suscipiens grata vice hospitis: 'O si', inquit, 'scissem tuum adventum, parassem tibi episcopale pulmentum'. Ille vero velut leena, quam exagitat fames<sup>i</sup>, iam dudum scintillans torvis oculis<sup>2</sup> in eum respondit: 'Aliud tempus est, 15 dum sumitur esca, nunc aliud. negocii agitur. Sed eamus', inquit, 'opus est, secretum<sup>k</sup> colloqui ineamus locum'. Tunc presul<sup>l</sup> nescius futurorum ducit eum in cubile suum; non<sup>m</sup> aliter videres, ac si mitis agnus ravidum<sup>n</sup> lupum duceret in stabulum sponte semetipsum<sup>o</sup> offerens<sup>3</sup> 20 ad mactandum. Ubi ante lectum ut vidit Iaromir formaticam semesam et serpilli particulam et cepe super scutellam ac tostam panis buccellam<sup>4</sup>, que forte superaverant<sup>p</sup> presuli post hesternam genticulam<sup>5</sup>, tamquam magna et cruce digna inventa sit culpa, nimis indignans<sup>r</sup> ait: 'Cur vivis parce? Aut cui parcis, o miser et mendice? Me<sup>s</sup> hercle, non decet episcopum vivere 25 parce.' Quid tum<sup>t</sup>? Oblitus sacri ordinis, oblitus fraternitatis, immemor humanitatis, ceu leopardus lepusculum aut leo agniculum rapit, ita ille furibundus 30 hospes ambabus manibus per capillos fratrem suum episcopellum<sup>u</sup> alte sustulit et ut manipulum proiecit in pavementum. Repente, qui ad hoc facinus parati erant, alius super collum sedit, alius super pedes, tercius dum flagellat episcopum, subridens siebat: 'Disce pati, puer centum

35 a) cambium A 1. b) Proteus am Rande C 3. c) quando C 3. d) pluris, korr. plus, A 1. e) so A 2a. C 2a; Sebir. C 2b; Zekircostel A 1; Zeky(Drk. C 1. 3; Sekircostel A 3; Sekl(y)rc. A 1a. 2b. B. f) adit C 1b. 2b\*; adit, korr. adit, A 1. g) episcopum A 2. h) Olomucz A 1; Olomuz A 3a. i) fames, korr. fames, A 1. k) secr. loc. ineamus A 2a; secr. colloquium ineam. A 2b. l) presul Iohannes A 3. 40 m) nā A 1. n) rapidum A 2. 3b. o) semet C 3. p) superaverant C 3. q) refectiunculam A 3; tentaculum C 3. r) indignus A 1. s) te A 3. t) tuū A 1. u) spellū iohem a. s. eum ut A 3.

1) Herzog Otto von Olmütz. 2) Ov. Met. XIII, 542: torvos ... vultus ... ut furit ... leaena. 3) Hebr. 9, 25: offerat semet 45 ipsum. 4) Vgl. Gen. 18, 5: b. panis.

K. 85. 26.  
1072—1078. annorum<sup>1</sup>, inuasor alienarum ovium<sup>2</sup>. Humilis at<sup>3</sup> monachus dum vapulat, sicuti in claustris solitus erat, 'Miserere<sup>b</sup> mei, Deus', cantat<sup>2</sup>. Talia cernenti magnus erat<sup>b</sup> risus plaususque maligno, qui nulli risit nisi quem male agere vidit; et veluti si<sup>o</sup> quando miles acer noctu hostium castra irrumpit audacter et eos invadit dormientes hostiliter ac, ne capiatur ab eis, aufugit celeriter, ita presul Iaromir fratre<sup>a.3</sup> dedecorato<sup>o</sup> et felle suae improbitatis dulcorato, relicta civitate<sup>f</sup> it in curtem suam<sup>g</sup>, ad quam olim condixerat<sup>h</sup> ire.

XXVIII. Hec fuit<sup>a</sup> prima causa et<sup>b</sup> fomes atque initium tocius discordie, que post<sup>o</sup> inter duas columnas ecclesie<sup>4</sup> orta est huius ex occasione calumpnie. Nam presul Iohannes tanta suscepta iniuria mox dirigit nuncium suum sollicitans ducem Wratizlaum tali querimonia: 'Si contumeliam mihi a fratre tuo Gebehardo inhumanitus illatam<sup>d</sup> equo animo spectas, fac periculum<sup>e</sup>, ut omnes sciant non meam hanc esse<sup>f</sup>, sed tuam iniuriam. Quid enim ego deliqui, aut quid merui, qui nil nisi quod placuit tibi<sup>g</sup> feci? Ecce ego licet indignus, tamen dictus per tuam gratiam episcopus, flagellis cesus preconis usque ad fastidium mallem numquam attigisse pontificale fastigium. Certe aut me meo abbati redde, quamvis tarde, aut mecum equanimiter hanc contumeliam comportando divide<sup>h</sup> et me aut nuncium meum ad apostolicam sedem dirige.' His auditis dux Wratizlaus zelo accenditur magno nec se continet a lacrimis in discrimine rerum tanto. Mox mittitur militum legio pro Iohanne<sup>i</sup> episcopo, ut sine vite sue dispendio

a) humillat (die Abkürzung von 2. Hd. hinzugefügt) A 2<sup>a</sup>. b) miserere — erat am Rande von einer Hd. d. 17. Jh. nachgetragen A 1. c) fehlt A 2<sup>a</sup>. d) fratre suo Iohanne A 3. e) decollato (übergeschrieben capillato) A 2<sup>a</sup>. f) civ. Olomuz(o) A 3. g) suam ad sua (so) A 3. h) condixerat — Matris ecclesie (S. 125 Z. 26) fehlt C 1<sup>b</sup>.

II, 28 (A 1. 1<sup>a</sup>. 2. 3. B. C 1<sup>a</sup>. 2. 3). — a) st A 1. b) fehlt A 2; fomitis A 2<sup>b</sup>; fomis, korr. fomes, A 2<sup>a</sup>. c) pius inter eos ac si inter col. A 2<sup>a</sup>. d) h über der Zeile A 2<sup>a</sup>. e) am Rande nachgetragen A 2<sup>b</sup>; getilgt A 2<sup>a</sup>; peric., korr. placulum, A 1<sup>a</sup>. f) esse causam A 2. g) sibi A 1. h) comportandiuine, korr. comportando divide, A 1<sup>a</sup>. i) Iohie, korr. Iohanne, A 1.

1) Isai. 65, 20: puer c. a. 2) Von der unwürdigen Behandlung, die Bischof Johannes durch Gebhard erfahren hatte, sprechen auch die beiden Schreiben Gregors VII. an Erzb. Siegfried von Mainz (1074, März 18) und an Wratizlaw (1074, April 16); in letzterem heißt es allerdings, daß Gebhard die Anklagen bestreite. Vgl. Cod. dipl. regni Bohemiae a. a. O.; auch E. Caspar, Das Register Gregors VII (1920), 45 S. 111 (Epistolae selectae in usum schol. ex Mon. Germ. Tom. II, Fasc. 1). 3) Gemeint ist der Amtsbruder Bischof Johann von Olmütz. 4) Vgl. Thes. ling. lat. III, 1741, Z. 77 ff.

K. 86. 12.  
1072—1078. posset adesse ducis in colloquio. Timuit enim dux<sup>a</sup>, ne frater suus Iaromir per insidias tolleretur eum de medio<sup>1</sup>. Fuit autem in capella Iohannis episcopi clericus nomine Hagno<sup>b</sup>, vir Teutonicus, philosophiae domesticus, Tulliane eloquentiae alumnus. Hunc dux seorsum vocat et multis promissis obligat atque multa<sup>c</sup> sibi super fratre suo Gebehardo<sup>d</sup>, multa super illata iniuria Iohanni episcopo, multa super statu ecclesiastico<sup>e</sup> scriptis pariter<sup>f</sup> et dictis, ut ea referat apostolico, commendat. Qui cum iter ageret, transiens per Ratisponam<sup>g</sup> sinistro omine<sup>h</sup> hospitium est apud quendam civem nomine Komboldum<sup>i</sup>, qui fuit miles Gebehardi<sup>k</sup> episcopi habens annuatim ab eo beneficium<sup>l</sup> XXX marcas argenti. Hic post cenam inter pocula<sup>m</sup>, ut solet hospes ab hospite, inquirens, quis aut unde esset vel que causa sit vie, callida ab eo mente investigat et, ut cognovit, quod adversus presulem Gebehardum<sup>n</sup> ageret legationem, non tulit hanc<sup>o</sup> deferri<sup>o</sup> contra dominum suum delationem<sup>p</sup> et mittit post illum altera die<sup>q</sup> latrunculos<sup>r</sup>, ut<sup>r</sup> aliqua molestia impedirent vie eius intentionem. Qui comprehendentes eum in via spoliant censu, detruncant naso<sup>s</sup> et, nisi revertatur, adactis iugulo gladiis mortem minantur.

Qui timens quamvis turpem amittere vitam reversus est ad presulem suum<sup>t</sup> in Moraviam.

XXIX. Mox ex magna maior crevit indignatio ducis<sup>a</sup>, et iterum decernitur Romam legatio, sed cauciori consilio et tuciori<sup>b</sup> vie subsidio. Erat enim ducis in capella quidam Petrus presbiter, patre genitus Podiwa<sup>c</sup>, pollens sancti Georgii<sup>d</sup> prepositura et<sup>e</sup> ceteros precellens scientie literatura atque utramque linguam sciens eque Teutonicam simul et Romanam. Hunc dux cum comite nomine Preda<sup>f</sup>, filio Bys<sup>g</sup>, non sine grandi pecunia Ro-

a) dux Wratizlaus A 3. b) Hagna A 1; Ahna B. c) multa — Geb. fehlt A 3. d) Gebahado, korr. Gebehardo, A 1. e) ecclesie A 2. f) part A 1. g) Ratisp., korr. Ratisb., A 2<sup>a</sup>. h) homine A 1; hom-, korr. om-, A 2<sup>a</sup>. i) Komboltum A 1; Kompoldum A 2<sup>a</sup>; Komboldum(?) C 3. k) Gebehardi A 2; Gebeardi\*; Jaromir B sehr oft; Gebherdi C 2<sup>b</sup>. l) fehlt C 3. m) Gebhardum A 1; Geh A 2<sup>a</sup>. n) ha+no A 1. o) differri A 2<sup>a</sup>. C 3. p) delationem C 3. q) via A 2<sup>a</sup>. r) et, korr. ut, A 1. s) nasu, korr. naso, A 1. t) suum Iohannem A 3.

II, 29 (A 1. 1<sup>a</sup>. 2. 3. B. C 1<sup>a</sup>. 2. 3). — a) ducis Wratizlai A 3. b) tutoris A 3. c) Podiwa A 1<sup>a</sup>. 3. B. C 1. d) Georgii martyris A 3. e) et cellens scientia litterarum A 3. f) Podiwa (-ywa) A 2. g) Buz B; Rys C 2<sup>b</sup>; fl. B. fehlt A 1<sup>a</sup>.

1) I. Cor. 5, 2: tollatur de med. 2) Verg. Georg. II, 383: int. pocula laeti. 3) Vgl. IV. Reg. 24, 2: immisitque ei Dominus 1.